DOMINI GVILIELMI DE PERNO: VIRI PA/ TRITII SYRACVSANI .V.I. VERISSIMI INTERPETRIS XXIIII. CONSILIA PHEV DALIA. ET IN MEDIO DE PRINCI PE: DE REGE: DEQVE REGINA TRACTATVS. ATQVE PHEV/ DORVM NON NVLLA NOTABILIA: NEC NON

ſuper duobus huius regni ſiciliæ capitulis: quorum alterum incipit Si Aliquem: Alterum vero Volentes. Ac ſuper aliquibus etiam pragmaticis: & Priuilegijs Interpetratio.

ITEM SVPER CAPITVLO VOLENTES EXCEL/ lentiſſimi. V. I. doctoris Domini Bernardi de Medico: cognomento ſaccuraſa: interpetratio.

QVÆ omnia nunquã niſi modo fuerunt Impreſſa.

IOAN: Franciſcus virdura patritius: & canonicus Meſſanenſis lectori .S.D.

VILIELMVS Pernus ſyracuſis antiquo: ac nobili genere ortus: magna vi ingenii: animoq; optimo: vbi aliquot annos ſe ſtudiis dedit: iurium omnium clariſſimus fuit interpres. Auctorem doctrinæ eius (vt fama vulgat) raphaelem fulgoſium edunt. Hic trium (vt recentiores aiunt) pheudorum dominus: ex q bus duo: quæ in valle mazarea ſita: Ragaxacca: & flumen tortum hodie dicuntur: Tertium vero Melinuenter in nemorum valle: filios duos genuit: Ioan: Nicolaum: & Rogerium. Rogerius natu minor: melinuentrem pheudum habuit: quod eius ꝓnepos etiam nunc tenet: Maior autem illa duo. Cui Ioan: Mattheus filius fuit: filiæ vero Beatrix: & nouella: Abſq; liberis deniq; Ioan: mattheo vita functo: franciſcus garganus ſucceſſit: qui baro targiæ dictus fuit: ipſius beatricis iamabinde mortuæ ſororis filius. Scripſit igiť vilielmus librū hunc: & item: quem iuris repertorium vocant: alterum. Ac plura alia conſilia: Patria demum ſtatuta interpetratus. Hæc ſcripſi: qui librum imprimendum curaui. Vale.

DOMINI GVILIELMI DE PERNO VIRI PATRITII SYRACVSANI .V.I. VERISSIMI INTERPETRIS XXIIII. CONSILIA PHEVDALIA PHEVDORVMQ; NOTABILIA: AC DE PRINCIPE DE REGE DEQVE REGINA TRACTATVS.

CONSILIVM PRIMVM

AGGREDIAMVR modo: ac feliciter ingrediamur pheudorum materiam: atq; conſilia, & conabor ſequi tempora conſiliorum primitiua, principio exordiens, Scriptum eſt ad illum de criſafi. Honorabilis, ac mi dilectiſſime frater, ſuper illa dubitatiõe pheudi fluminis frigidi, ad quã ſcilicet debeat pertinere, an ad Vxorem veſtram, vt filiam filiæ zaccariæ: an ad margaritam filiam ioannis. Ego quidem ſtudui, & conſideraui, & de inde poſtq̃ terminaueram ſuperuenerunt mihi illa duo conſilia, quorum alterum tantum videndi, & examinandi tempus habui videlicet illud domini petri ſardellæ, aliud autem nõ potui videre, ſpero aliquibus arduis pro curia cauſis expeditis operam dare, & poſatim videre. Et in effectu, ac concluſiue mihi videtur quod vxor veſtra admittatur ad dicti pheudi integram, & pro indiuiſo medietatẽ alterã vero medietatẽ ad dictã margaritã pertinere, & ſtatim oſtendã quomõ Verũtñ primũ admiror quomõ conſideratis per dominum petrum iuribus libri vſuum pheudorum ſucceſſionem permiſerit fœminis, cũ tam fœmina, quam proles fœminei ſexus, vel ex fœmina deſcendens ad huiuſmodi ſucceſſionem expirare nõ poſſit. vt probatur ibi in p̃ma Rubri. . §. hoc autem notandum & in titu. de gra. ſucc. in pheu. c. i. & de ſucc. pheu. §. filia, & ibi no. glo. Ruſum cum & illa conceſſio ſibi, & hæredibus ſuis de ſolis maſculis intelligatur vt probatur. in ti, de .I. cor. C. I. p. §. ſi. & probatur. etiam in titu. de nã. ſucc. pheu. ca. p°. in princi. maxime cũ fuerint maritatæ vt habetur inconſtitutione regni. in titu. de. ſucc. nob. in pheu. c. p°. §. coniugatæ. Illæ tamen. §. loquitur in tranſuerſali linea, ideoq; melius hoc probatur in. c. i. §. filiæ autem. Quo etiam iure filia, & ſoror in capillo deficiente tum prole maſculina vocantur. vt. d. I. i. §. ex collatorali, & de ſucc. filij, comit, & baro. I. in aliquibus, vnde ommiſſis iuribus vſuum pheudorum. Nam in veritate multiplex, & variã ius habemus in ſucceſſione pheudorum. Si ergo nouitatem in huius dubij conſultatione dilexero duo nouella iura conſiderabo, ex quibus fundatur iuditio meo præſentis quæſtiõis terminatio. Primum ſcilicet. cap. volentes, & ſecundum cap. ſi aliquem. Ac certe ſecundum illorum opinionem, quod dictum cap. volentes, & in pheudis antiquis obtineat, & loqui intelligatur. quam modo puto veram. Etiam idem teneo in alio conſilio ſuper piſcaria fluminis licatæ, licet plerunque alias incurrentibus mihi cauſarum diſputationibus hactenus defenderim contrarium. Expeditiſſimum erit dicere omnino tenſtantis pheudatarij diſpoſitionem eſſe ſpectandum. Inuenio autem dictum petrum inſtituiſſe girardum filium ſuum in hoc ipſo phedo fluminis frigidi, atq; voluiſſe quod ſi dictus girardus ſine liberis maſculis de ſuo corpore & cæt. deceſſerit, dictum pheudum pertineat ad omnes fratres minores ſuos. i. ipſius teſtatoris gnatos, & ad eorũ filios & cæt. Quæ quidem diſpoſitio attento iure vſuum pheudorum in dubitato coſiſtere non potuiſſet. Succedunt enim liberi ad pheudum æqualiter nulla ordinatione defuncti in contrarium valente. ſecundum illa iura, vt tex. exprimit. in titu. de ſucc. pheu. c. i. Et tamen ſecundum præall. c. volentes ampliata eſt poteſtas pheudatariorum, vt etiam in extraneam perſonam fieri poſſit diſpoſitio, ſi modo in vnam, & æquedignam perſonam fiat. vt ibi, Et ſic dicta diſpoſitio teſtatoris eſt lex hoc caſu. Et ideo cum aduenerit caſus quia. d. girardus ſuis liberis obijt ſuperſtitibus ſibi, & ſuccedentib⁹ ad pheudũ zaccaria, & adario ex duplici capite, tam iuris diſpoſitione, quam teſtamentaria. Ergo pheudũ pertinuit ad eoſdẽ, ad quemlibet pro integra, & indiuiſa medietate. Nã in pheudorum ſucceſſione, in hoc regno ſicilie. in quo viuim⁹ iure longobar-

dorum vt in conſtitutione regni. puritatem. in titu. de ſacra. ab ani. prun, omnes in eodem gradu æqualiter ſuccedunt. d. c. i. de ſucc. pheu. in princ, niſi ſpecialiter cautum ſit iure Francorum. vt not. d. andre. de iſer. in. c. conſtitutionem in princ. in titu. de reuo. pheu. lib. 3. vt probat̃ in. d. c. i. circa princ. in titu. de ſucc. nob. in pheu. Et ſic nimirum ſi tum iure primæuo volente, tum diſpoſitiõe teſtatoris hoc pheu. inter fratres communiter habeatur pro indiuiſo pro integra medietate. Maxime cum non inueniã ſpecialiter iure francorum eidem domino petro fuiſſe conceſſum, ſed ſimpliciter ſibi, & hæredibus ſuis. vnde his mortuis ſine hæredibus maſculis, non venit caſus ſucceſſionis filiæ dicti teſtatoris ſecundum eius diſpoſitionem Et ſic vtemur diſpoſitiõe in ſucceſſiõe ad fratres iuris cõmunis. Ipſi aũt fratres zaccaria, & adarius cum conditionaliter habuerint hoc pheu. ac certo modo. Sed vt ad eos æqualiter ptinent ſecundũ diſpoſitionem teſtatoris, nõ potuerunt ſuis portionibus: & concordijs ſibi ſuccedentibus poſt eorꝝ mortẽ præiudicare. ar. ex. d. c. in princi, de ſucc. pheu, & de alie, pheu, pat. c. i. & optime facit. c. p. in. § fi, de. l. cor. vbi ꝓbatur ꝙ nõ poteſt aliter alia lege dare, quam ipſe habeat. & per conſequens eoruz concordia quantum ad ſuccedentium habita pro nulla, ius remanebit integrum ſucceſſoribꝰ. vnde cum ad zaccariam duplici, vt modo dixi, ptinuerint iure, integra, & indiuiſa medietas pheudi, ad illam ſuccedat filia filiæ tanq̃ deſcendens. Et quia iure conſtitutionum regni admittitur filia, & filia filiæ vſq; ad trinepotem, ac ẽt maritata in aliaꝝ defectu, vt vult capitulum regis Iacobi, ſi aliquem. quod eſt in viridi obſeruantia. Altera vero pheudi medietas pro indiuiſo, vt dixi, cũ pertinuiſſet ad adarium tantum, & nõ totum pheudum, ipſo adario ſine liberis, & deſcendentibꝰ mortuo ſuccedat ad eam medietatẽ tanq̃ illi ꝓximior ſola margarita eius neptis ex fratre, q̃a alijs deficientibus proximior admittit̃ ad pheudum, etiã ex linea trãſuerſali, & deprehendit̃ ex. c. i. ad finem in titu. de na. ſucc. pheu. & . c. i. in titu. de gra. ſucc. in pheu. Determinatio aũt. d. petri bene ꝓcederet ſi pheudũ in totũ pertinuiſſet ad ipſum zaccariã, & ſi vxor veſtra nõ deſcenderet ex fœmina. Nam deſcendentes ſemper intelliguntur ex maſculis. de alie. pheu. §. & ſi clientulus, & no. dñs ãdre. de iſer. in titu. de gra. ſucc. pheu. in princi. ſecundum illa iura. Sed cum ipſemet conſentiat ꝙ conuentio inter eos facta ſucceſſoribus non præiudicauit, & bñ. Non potuit ex cõuentione pheudum in totum ad adarium pertinere, repugnante tum iuris communis, tum teſtatoris diſpoſitione, vt dixi, quæ vult vt pro medietate pro in diuiſo ad quenq; ptineat, & ita ipſoꝝ ſucceſſores ad eoꝝ iura, & portiones veniunt. Dixi aũt pro indiuiſo: pp diſpoſitionem. capitoli volentes. in fi. Ita mihi pro nũc videt̃, ſi habebo tempus abundantius videbo, & vobis inferam, dum, vt ſpero, cito me deferam ad ipſas partes, cum domino vicerege. Audiui tñ iudices magnæ curiæ in cauſaꝝ etiam arduaꝝ deciſionibꝰ intelligere. d. c. volentes, procedere etiam cũ abinteſtato ſuccedant. Et ꝙ pheudũ ad vnũ tantum pertineat pp illa verba in. d. C. in fi. indiuiſo, & integro perdurãte. Quo ipſo dat̃ intelligi ꝙ pheudũ habeat ad vnum pertinere. Ad hoc etiam faciunt verba præcedẽtia. d. c. ibi in vnam eandemq; perſonam, & ſic ad ꝓmogenitum: tanq̃ ad digniorem. ar. l. ſi quæ ſunt cautiones. ff. fami. her. & l. fi. ff. de fide inſtru. Et ſic inferunt, quod licet in hoc regno ſiciliæ viuatur iure longobardoꝝ, tñ in pheudis eſt ius medium ius ſiculoꝝ per. d. c. volentes, vt pertineat ad vnum dum vult eſſe integrum, & per cõſequens iuris interpretatione ad primogenitum tanq̃ ad digniorem. ar. prædictarum legum, quod dicit procedere cum abinteſtato ſuccedunt, non puto verũ, puto enim quod tantum loquatur de actibus expreſſis ſiue diſpoſitionibus inter viuos, ſiue in vltima voluntate, expreſſis, qñ ſcilicet pheudatarius expreſſe vellet de pheudo diſponere pro ſuis neceſſitatibus. Si autem abinteſtato moritur, & nihil viuens de pheudo diſpoſuit. conſtitutiones diſponunt ad quem pheudum ipſum debeat peruenire. quia ſcilicet ad proximiores vſq; ad trinepotem, & ſic vſq; ad ſextum gradũ. vt in prætalle. capit. regis iacobi ſi aliquem. & . c. conſtitutionem quod eſt regis frederici tertij. Et ſic quod dicitur de vna eademq; perſona videtur loqui de diſpoſitione inter viuos, & in extraneam perſonam. Et in fi, dicitur de integro, non obſtat, poteſt enim fieri pheudo integro, indiuiſo manente. Quo tamẽ ad vtilitatem pro medietate duorum fieri, vel eſſe. Et hoc poteſt fieri per quotas, quod oſtendit expraſſe. d. c. volẽtes, dum ibi dicit rerum pheudalium, vel quotæ: & circa princ. ibi ſeu quotam partem. Vetat igitur in ſui fine corporalem, & realem fieri pheudorum diuiſionem, non autem per quotas, vel partes indiuiſas, ſed circũſcripta ordinatiõe defuncti, & opinione prædict. circa. c. volentes, certe pheudum iure cõmuni ad omnes liberos æqualiter pertinebat. d. c. i. in princ. de ſucc. pheu. cur ergo peruenerit ad ipſos fratres. ergo æqualiter peruenire debuit, Nam æqualiter fratres patri, vel fratri ſuccedunt, vt in titu. de gra. ſucc. in pheu. c. pº. §. his vero. Verumtamen ſecundum aliã opinionem quod non loquatur dictum. c. volentes in pheu. antiquis, & quod pater non potuerit diſponere de pheu. ſed ſuccedat ad id ſecundum iuris diſpoſitionem. Profecto ad pheudum fratris bene venient, & admictentur fratres, ſed non æqualiter, quia maſculus præfertur ſorori, & major minori, iuxta prealle. cap. ſi aliquem. Nam in ſucceſſione ad fratrẽ primogenitum etiam inter fratres ſuccedentes conſideratur, vt ibi etiam cum viuitur iure francorum non aliter vt ibi exprimitur. Immo abinteſtato ita debet viui, & intelligi ius ſemper ineſſe francorum, vt ſcripſi circa dictam. c. ſi aliquem, & probatur expræſſius in conſti. conſtitutionem, quæ eſt facta a rege frederico tertio ad declarationem dicti. c. ſi aliquem. ſecundũ quam itaq; conſiderationem promptum erit dicere dicto girardo ſolũmodo zaccariam ad totum pheudum ſucceſſiſſe tanq̃ fratrem maiorem, ſi iure francorum facta fuiſſet pheudi conceſſio. Et ſic cum ad eum totaliter pertinuerit, illi ſuccedat neptis in totum, vxor ſcilicet veſtra. Sed extat dubitatio, an pater ſcilicet dñs petrus teſtari potuerit, & pheudũ girardo relinquere dũtaxat. Nã ſi hoc potuit huic fratri ſuccedet mortuo frater maior dumtaxat, ꝓſuppoſita cõceſſione, vt. ſ.

cuius conuẽtio cum fratre minore, vt dictum eſt, non potuit ſuis ſucceſſoribus, & deſcendentibus præiudicare. vbi aũt non potuiſſet illi ſoli relinquere, ſed omnibus æqualiter, quia viuitur, indubio, iure longobardorum pheudum mortuo girardo venit ad fratres nõ tñ ratione ſucceſſionis ad fratrem, ſed etiã ꝓncipaliter ad patrem, cui omnes æqualiter ſuccedere debebãt, & tũc ſuccedentib⁹ fratrib⁹, veniunt ad medietatem, qa pro medietate pheudũ ꝑuenit ad eoſdem fratres, & hoc ſi viuit iure cõmuni longobardoꝝ, ſi aũt iure francoꝝ, tũc pheudum ad ꝓmogenitũ ꝑuenisset, & ſic ad nicolaum, & in ei⁹ defectu ad fratrem ſuperſtitem maiorẽ, & ad ei⁹ deſcendentes, qbus deficiẽtibus ad ꝓximiores ex linea tranſuerſali, quæ eſt ꝓuiligiatior aſcendẽti, vt in titu. de ná. ſucc. pheu. c. i. i ꝓnc. & ꝓbatur in conſti. vt de ſucceſſionib⁹ .§. i. excluſo cõmuni patre. licet andre. de iſer. dicat qd pater ſuccedit filio in pheudo antiquo, non aũt nouo in titu. a pre. quem, vel quos controuer. dir, dꝫ. in verb. item pater ſuccedit. in .5. colu. & ſequenti. Cõcludo igiẽ quod cũ ambigua, & dubia ſit interpretatio .c. volẽtes, dubiam poſui huius quæſtionis ſentẽtiã. nihilomin⁹ tñ qa nõ inuenio quod ſit cõceſſio pheudi facta dicto dño petro ſpecialiteꝛ iure francoꝝ ſed ſimpliciter, ſto terminationi primæ, ꝙ æqualiter margarita, & vxor vſa ſuccedãt ad pheudũ. Nam ad medietatem zaccariæ venit vxor veſtra. tanq̃ eius deſcendens. Ad medietatem vero adarij tanq̃ illi abinteſtato ꝓximior, venit eius neptis dña margarita. Eſſet dubitatio an ex ꝑſona matris quæ etiã fuit adarij neptis admittatur ad aliquam partem ſucceſſionis vxor vſa, quod tñ nõ puto. valete. Scripta catinæ viij° nouembris.

Conſilium Secundum

SOlum eſt videndum an ſucceſſor in pheudum teneatur ad pacta, & cõtractus ſui prædeceſſoris? Andre. de iſer. tradit in titu. an agna. c. i. & in titu. qui ſucc. tene. & maxime circa finẽ. Et huius quæſtionis determinatio dependet ex ſciẽtia quomõ pheudum ꝑuenerit ad eum, & qualiter fuerit conceſſum ab initio. Verumtñ nõ apparẽte aliqua forma, præſumiẽ conceſſum in forma ſolita, & cõmuni. ar. ff. de edi, edic. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. quæ forma communis eſt in hoc regno ſiciliæ. pro te, & hæredib⁹ de legitimo corpore deſcendentib⁹, vt ſcribit andre. de iſer. in titu. de alie. pheu. pat. c. i. circa. fin. licet aliter ſentiat quod ſolet cõmuniter in priuilegijs apponi tibi, & liberis tuis de tuo corpore legitime deſcendẽtibus, & tunc ſit ex pacto, & ꝓuidentia, vt in multis locis dicit, ſpecialiter in titu. in qbus .ca. pheu. ami. §. huius aũt generis. ver. ſimiliter. Alibi aũt ſcribit qd forma extrinſecus nõ præſumiẽ. in titu de ꝓhi. pheu. alie. per fre. §. præterea ducat⁹ circa fi, c. parum poſt prin. ibi dicit, cũ apparet aliqua forma per priuilegiũ, vel per teſtes, & nõ apparebit datum iure francorum, quia id nõ ꝓſumitur, ſed cõmunis forma præſumiẽ, quæ eſt in ꝓuilegijs ſolita apponi. ſi nõ apparet aliud ꝑ priuilegium, vel per teſtes, hõ debet præſumi. i. tũc peruenitur ad ꝓſumptam formam. ꝑ prealle. §. quia aſſidua, & hoc expreſſe, & notabiliter tenuit. in ꝓalle. c. p° ad fi, de alie, pheu, pat. quia ſolita præſumitur vt tradit. in eo. titu. in qb. ca. pheu. ami. §. huius circa 4. col. Illa aũt iure francoꝝ non præſumiẽ. vt expſſe dixit in conſtitu. vt de ſucceſſionib⁹ circa prin. 3. col. vbi aũt eſſet cõceſſum pro ſe, & hæredib⁹ imperpetuũ, non addito de legitimo corpore, aliud eſſet, & i vtroq; caſu recurrendum eſſet ad .c. volentes. quod duplicem recipit intellectum. Secundum antiquũ intellectũ iudicum magnæ curiæ, & diu obſeruatum non haberet neceſſe ſucceſſor ſtare pactis prædeceſſoris ſui. qa is iure proprio venit ad pheudum antiquum. c. i. de ſucc. pheu. quia nõ poteſt paciſci in præiudiciũ agnatoꝝ .d. c. i. de alie. pheu. pa. Non obſtat ꝙ de fructibus poſſet. vt idem ãdre. tradit. in titu. de feuo. pheu. conſtitu. prima circa finem. Quia verũ eſt ꝙ valeat pactum de conceſſione fructuum, ſed infra temp⁹ iure concedentis, vt ibi declarat. Secundum aũt alium intellectum nouum omnino eſſet videnda forma conceſſionis, quia in forma cõmuni nihil faceret .c. volentes. quia loquitur qñ non eſſet adiecta clauſula de ſuo corpore legitime deſcendentibus, ſed vbi nõ eẽt conceſſum cum hac clauſula, tunc hæres ſtare teneretur. Et ſpecialiter qñ non eſt filius. ſed alius agnat⁹, forte frater, qui poteſt venire præter ius, & nomẽ hæredis. vt in ꝓall. c. p° in titu. an agna. Sed non puto in caſu, qñ eſt hæreditariũ pheu. Et ideo terminatio ẽ dubia, ꝓp duo. Primũ ꝓp dubiã formã cõceſſiõis phe. Secundum propter duplicem intellectum. c. volentes. Sed ſi fuit pheudum hæreditarium, vt dixi, & ipſe acceptauit ſimpliciter hæreditatem. vꝫ. ſine beneficio inuentarij, vtiq; tenebitur vt defunctus, ideoq; videtur quod creditores cogere poſſit hæredes ad pacta defuncti, pro quo vide andre. de iſer. in di. c. i. in titu. an agna. & facit egregie quod ſcribit. bar. in .l. vt iuris iurandi .§. ſi liberi .ff. de oper. liber. & ꝑ eundem andre. de ſucc. phen. §. hoc quoq;. Hoc conſilium in illo tempore feci pro bartholomeo ſgarcha placenſi. contra philippum de vigintimilijs, & bene apparet quam modicum habebam de ſcientia pheudoꝝ, tunc enim aperiebam oculos ad videndũ. Nunc addo ꝙ iſta verba pheudum hæreditarium & ex pacto, & ꝓuidentia ſunt verba magiſtralia vt proſequitur egregie d. andre. in d. c. p°. an agna. & ibi exponit quãdo eſt hæreditariũ, & quando eſt ex prouidentia ꝓncipis. & vide latius in notabilibus pheudorum in verbo ſed dubium facit. Verumtñ inueni tex. qui facit egregie ad hoc. in. l. p°. C. de religio, & ſump. fu. ſed hic iuuat inquirere, ꝙ ſi Rex. dat pheu. alicui ſimpliciter non expreſſo ſibi, & liberis, an intelligatur dictum de liberis. Andre. de iſer. determinat, ꝙ ſic. in titu, in quibus. ca. pheu. ami .§. huius aũt generis ver. ſimilem. Alibi aũt dicit hæredibus, ſcilicet an extendatur conceſſio ad hæredes vt ſcripſit in titu. ſi de pheu. con. fa. c. naturales. ibi, ſed quid ſi conceditur pheudum vt in .c. i. de alie. pheu. pa. ad. fi. & vide tex. & andre. de iſer. in titu. qui pheu. dare po. §. cũ vero corradus, circa ꝓnc. Intelligiẽ enim dictũ ſimpliciter ꝑ ſe, & hæredib⁹ ꝑ tex. in. l. ſi pactũ in fi, ff. d pro. & ꝑ ãdre. de iſer. in ꝓal. titu. an agna. circa ꝓnc, ibi &

qđ cõcedit̃ tirio intelligit̃ & cæt. & idem, & expſſim
in ti. đ ſucc. pheu. circa pnc. ver. moderni ſubtilius.
Et ſic in mater. a pheudorũ hæredes pro filiis accipe, &
ſolis maſculis. vt eſt tex. in titu. de le. cor. l. ſi inter.
§. fi. & alie. pheu. §. & ſi clientulus. & in titu. quæ ſit
p^a. cã. be. a. §. nec eſt alia in 4. col. ibi nec eſt cõtra.
hoc, & cæt. Sed cõtra videt̃ notaſſe. in titu. qb. mo.
pheu. con. po. in princ. vbi ſi concedit̃ tibi aliqua res
in pheu. hæres nõ ſuccedit, ibi vide. prædicta aũt de
hæredibus tradidit ẽt andre. de iſer. in pallí. titu. qui.
mo. phu. con. pot. circa princ. ibi & eſt mirũ. Alibi
ſcripſit ꝙ hoc intelligit̃ pro ſe. & filiis ſuis maſculis,
& deſcẽdẽtib⁹ ex eis, ẽt ſi nõ dicat̃, in titu. đ lege. cor. l. ſi
inter. §. pfecto circa princ. & in titu an agna. dixit ꝙ
intelligit̃ de hæredib⁹ etiã cõceſſio facta ſimpliciter ti
bi. facit ꝙ ẽt ſcribit in titu. de na. ſucc. pheu. c. i. in
princ. i. co. Alibi dicit ꝙ pro filiis etiam intelligitur.
in ti. in pf. loth. circa 3. col. ibi itẽ loquitur. vide bal.
in l. i. C. p q. per. no. acq. & in aute. ſi quas ruinas. C.
de ſacro. ſã. eccl. Quod tñ limita ſecundũ eũdẽ ãdre.
de iſer. in titu. de alie. pheu. pa. in ver. Sed ſi nõ ex-
primit̃ de filio & cæt. circa princ. 5. colu. Et ad hoc
ꝙ cõceſſio pheudi ſimpliciter facta intelligat̃ p filiis,
pbat̃. in p^a rubrica. pheu. §. ſed cum hoc. in titu. de
ſucc. pheu. in princ. & ẽ tex. in titu. de duob⁹ fratri.
acq. inue. c. i. circa finẽ, & tex. in l. vt de ſucceſſionib⁹
in titu. de ſucc. nob. in pheu. in cõſtitutiõe iſtius re-
gni. Et aliquid poſui ad tex. in aute. ſed ſi quis C. de.
ſecu. nup. & voluit etiam ãdre. de iſer. in titu. de alie.
pheu. pat. circa 4. colu. ibi ſed nunqđ pheudũ nouũ.
Non obſtat quod ſcribit bar. in l. i. ff. de cõſt. princ.
ꝙ cõceſſio facta vni nõ egredit̃ perſonã illius, & rubri.
iuris bñficiũ, qa intelligit̃ in puilegiis, nõ in bñficiis: &
gratiis. vt ſentit eo. titu. l. fi. & ibi p dñum meũ Ra-
phaelẽ fulgoſiũ, quanuis andre. de iſer. in d. titu. in
qbus. ca. pheu. ami. circa 4. col. circa princ. ibi quæ
nõ ſunt extra contractũ, aliter dicere videat̃. quod tñ
vide, qa poſtea reducit ad idẽ. In dubio vt apparet in
ver. ſi ergo nõ probat̃ & cæt. vide ad hoc. ſupra in p^o
volu. cõſiliũ meũ, quod incipit, exiguo iudicio meo.
quod eſt numero 145. Et rationẽ aſſignat alibi andre.
de iſer. Quia cõmune votũ patris ẽ filiis: & deſcendẽ-
tib⁹ ſuis pſpicere in titu. qb. mo. pheu. eq. circa pn. i x.
col. Ad quod. l. ſcript. ff. vnde liberi. facit etiã quod
notat bal. quod in pheudis largior: & benignior ẽ in-
terpetratio facienda, quia intuit̃ gratia, quam in em-
phitheotib⁹. ad quod allẽ. iacob. de bel. in titu. de his.
qui pheu. dat̃. poſ. quæ ẽ p^a rubric. li. pheu. c. i. cir-
ca 3. col. ibi. quæro vtrum plat⁹. & cæt. Et habes ali-
quãtulũ de ſupradicta dubitatione. p cy. in l. liberti,
libertæq. C. de ope. liber. vide etiam quod ſcribo in
tractatu de principe. in ver. an ſucceſſor.

Conſilium Tertium

PRincipalis dubitatio inter vitalem:
& nicolaũ de ſerrauira fratres, & hære-
des vltimos inſtituto a franciſco eorũ pa
tre, eſt an iarrecta remaneat inter eos cõ-
munis, vel ſit præcipua vitalis primoge-
niti. Et facit dubitationẽ, quia cõfirmatio ipſius facta
a vicerege cantat in forma, & figura pheudi ſub ſerui
tio militari, & iure francorũ. vnde videbatur ſolũmõ
ad pmogenitum ſpectare, ſed puto contra, ꝙ ſpectet
cõmuniter ad vtrunq; fratrẽ. Et hoc ex puilegio regis
frederici idulto ſup cõſtitutiõe dictæ iarrectæ quondã
calcerano atauo dictorũ fratrũ. vbi rex gratioſe con-
cedit eidẽ calcerano, & ſuis hæredibus de ſuo corpore
legi. deſcenden. in ppetuũ dictã iarrectam, libere ſine
aliquo onore, & præſtatiõe ſeruitii, vel alia clauſula,
p vt in dicto priuilegio hæc, & alia continentur, ibiq;
ſunt nulla verba ſapientia inpheudationẽ. Et p cõſeqns
libere dando, idẽ cenſendũ de illa re ſic donata, ſicut
de qualibet re burgẽſatica, p ea, quæ eleganter notat
ãdre. de iſer. in vſi. pheu. in titu. in qb. ca. pheu. ami.
circa vlt. colu. ver. vnde, & ſi cõcedit rex. Nam ad-
iectio in pheudum, & iure francorũ, & alia huiuſmodi
facti ſunt quæ minime pſumunt̃, niſi pbent̃. l. quũq;
§. p^o. ff. de publi. ſed libertas pſumenda eſt ſemper,
qa ẽ de iure pmæuo naturali. l. mãu miſſiões ff. de inſt.
& iure, & de ſtatu hoc l. libertas. Et ſicut in pſonis, idẽ
dicendũ de reb⁹. Quælibet res eſt libera, niſi pbetur
cõtrariũ, & præſumi debet allodium. ar. ff. de ſer. vr
pdio. l. ſi quis ædes, in princ. Et id eſt quod voluit
ãdre. de iſer. in titu. de cõtrouer. inter ma. & fœ. deb.
c. i. circa. princ. & ibi ſcripſi. Cõcordat glo. in l. altius
C. de ſer. & aqua, & quod voluit ſaly. in l. ſi in ædib⁹
eo titu. dicens, ꝙ qui dicit ſeruitutẽ ſibi deberi, debet
illud pbare, quia pſumptio contraria transfert onus
pbandi in aduerſarium, maxime qa tpe dicti puilegii
regis frederici nũq̃ fuit præſtitũ aliquod ſuitiũ Atq;
ideo cũ ſtatutũ ſit lõgo, imo lõgiſſimo tpe, qđ nõ fui-
uit, pſumit̃ ẽt ꝙ nõ ſit pheudũ. Secũdũ ea, quæ tradit
ipſe andre. in titu. ſi de pheu. cõtro. fue. c. ſi vaſſal-
lus pheu. & eo titu. c. ſi vaſſallus de ſuo, in princ. Di-
cit quod petens pheudũ debet pbare duo & cæt. Præ
ſumit̃ enim res talis eſſe quali in ſtatu reperit̃. ar. ex. l.
item apud labeonẽ. §. ſi quis virginem. ff. de iniuri.
Modo nõ obſtat cõfirmatio viceregis. ſic clauſulata in
figura pheudali, qa præſumptio fraudis eſt in pſona
pmogeniti, qui videt̃ ſibi hoc pcuraſſe in pudicium
fratris. Deinde nõ habuit mandatũ ad hoc. Item qa
cõfirmatio actus validi, vel nõ, ipſo iure. nullius exi-
ſtentis nõ ẽ de nouo dare, ſed pmum actũ in ſua vali-
ditate conſuare, & ita firmare, vel pfectionẽ facere, p-
ſertim cũ cõfirmare volens nõ habuit animũ aliqd de
nouo cõferre. facit ad hoc. in ar. l. quũq; §. i. adfi.
ff. de publ. & magis ad ſpeciẽ, quod ſingulariter bar.
tradit in. l. more maiorum. per. l. & qa. & ibi glo. ff. de
iure om. iu. Quod aũt in d. cõfirmatiõe nõ voluerit
vicerex aliqd noui inducere videt̃ ex clauſula in fine
appoſita, iurib⁹ alterius ſemp ſaluis. Ex qua conſtat
viceregem nõ fuiſſe intentionis præiudicandi ſecũdo
genito, vel alteri ius habenti, ſed ſaluũ conſuare. Nec
aliter eẽt valitura confirmatio, vel etiã noua conceſſio
hæc, ſecundũ capſum in parlamento ſyracuſano, vbi
cauet̃ quod quæcũq; clauſulæ ſint cõtra forma iuris in
puilegiis regũ, & ſub quacũq; forma intelligat̃ cũ clau
ſula, iurib⁹ alterius ſemp ſaluis. ad quod optime fa-
cit. c. quãuis extra. de reſcriptis ad fi. lib. vi. & quod
ſcribit andre. de iſer. in titu. qui ſucc. te. in 6. col. in

ver. & hoc dūmodo. Et qa ꝑncipis reſcriptum ſemper debet intelligi, ſine alterius iniuria. l. ij. §. merito, & §. ſi quis a principe. ff. ne qd in loco, publ. & l. nec au⁹. C. de ema. libero. facit extra de officio delega. ſuper eo, & de officio ordi. c. licet, cū multis ſimilib⁹. Et ꝙ ſemꝑ in cōceſſionib⁹ iſtis intelligaẗ exceptū ius alteri⁹ tertij ꝑ expſſum, tradit andre. de iſer. in titu. de pheuda. in iu. l. con. c. ſi qs inueſtiuerit poſt ꝑncipiū, & de ꝑdicta clauſula tradit etiā lati⁹ ādre. de iſer. in titu. q̄ ſunt regal. ſuꝑ verbo, & bona cōmitentiū crimē maie. in princ. 7. col. ibi hodie videmus. Et ſic cū ius ſecūdi geniti ſit ſaluū, Remanebit ergo ꝑuilegiū primū, ſe do quod ille pariter admittiẗ cū fratre. Maxime qa in hac cōfirmatione fuit aſſertū hoc ꝑuilegiū nō ꝑuenit ad manus ſupplicātis æſtuantib⁹ guerraꝝ ꝓcellis in ꝛgno hoc, vnde eo apparēte ſtandū ē ei ꝑ prædicta. Et hoc intelligitur voluiſſe patrē. qui eos vltimos, & æquales hæredes inſtituit. Nam & hæc iura veniūt in hæreditatis petitiōe l. item vidēdū. §. fi. ff. de pe. hær. vel ſi mendaciū dixit, cū iam haberet notitiā, & ſcientiā ꝑuilegij vel ipſum ꝑuilegiū, quod præſumo, cum nec appareat ap̄. cū mēdax, & ex cauſa fraudoloſa impetrator debet carere cōmodo ſuæ interpetratiōis. l. ij. C. ſi cōtra ius. vel vti. pu, cū ſimi. Nō obſtat ſi dicaẗ quod ſubſcriptio principis ideſt regis frederici deficit in dicto priuilegio, in quo fraudatur ius ſecūdogeniti, qa hoc primo nō video obſeruari in priuilegiis ātiqs, maxime regis frederici, qui ſe nunq̄ ſubſcripſit. vnde nō debet hoc in ſolitū regni, qa ſecundū andre. de iſer. in titu. de ꝑhi. pheu. alie. ꝑ lotho in l. qm̄ inter, circa princ. debet in litteris regis attendi, quod conſueuit princips facere, qa ab illa cōſueta forma recedi nō debet. Itē ſecūdo qa nō videẗ eē de ſubſtātiali forma. Nā cū numerenẗ ſubſtantialia in priuilegiis ab andre. de iſer. hoc nō numerat. in præall'. titu. circa 4. col. in ver. ſubſtātialia. litteræ ſunt ſigillū & cæt. Quin immo de hac ſubſcriptiōe videẗ ſentire, ꝙ cū ſit de leuibus ōmiſſis, nō viciat ꝑ ea quæ tradūt doc. ꝑ l. i. §. fi. ff. de ven. inſpi, in mā, inuentarij circa ōmiſſionem ſigni venerabilis ſanctæ crucis. Cum idē dicat de māu cācellarij, quæ tn̄ reqriẗ, & apparet in dicto priuilegio appoſita. Ad idē eſt iacob⁹ de butri. qui colligens ſex reqri in litteris regijs, eius ſubſcriptionē nō appoſuit, nec numerauit. in l. ꝑſcriptiōe C. ſi cōtra ius, vel vti, pu, circa fi, Idē ſentit dn̄s meus. raphael fulgoſius in l. ſancimus. C. de diuer. reſcri. dicens. hæc iſta ſubſcriptio māu impatoris ꝯceſſit ab aula. ſcilicet a curia. idē ſcripſit eo, titu. l. p. ꝙ ſcilicet hodie corrigiẗ hoc, qa nō ſubſcribūt ſe impatoꝛs. Et ex his cōcludo ꝙ ad ius iantectæ æqualiter fratres ipſi ſuccedūt, & cōſeqter eoꝝ filii ſtante ꝑuilegio primo. Secūda dubitatio fuit de promiſſione dotis facta margaritellæ eoꝝ ſorori, quæ licet ſit facta pariter in quātitate. nō tn̄ i q̄litate qa vere ꝙ ꝓmiſerūt vncias c l v. put teſtamento paterno diſponebaẗ, verūtn̄ nō ꝓmiſerūt vnc. lx. i pecūia put ibi cōtinebaẗ, ſed qnq̄ginta in pecunia tātum, & decē in iugalib⁹. An poſſit hæc ſoror, vel vir eius dicere illas vncias decē da mihi in pecunia, & nō in iugalibus. Et facit dubitationē qa in ꝓmiſſione facta ſorori, ſoror iurauit, vnde videẗ ſibi ꝑiudicaſſe. Sed certe cum nō fuerint viſa, & recognita verba teſtamenti, nec ꝓbeẗ ſuꝑ certo ex certa ſcientia iuraſſe, & acceptaſſe dotē in illa forma, Et in dubio ingnorantia ꝑſumiẗ, maxime in puella, & in his, quæ teſtamēto depēdēt. ar. ex. l. verius. ff. de ꝓba. & l. de his. ff. de trāſ. & quæ tradūẗ a bar. in l. q roma. §. duo fratres. ꝑſertim. in 5. q. ff. de ver. obli. & l. qui cū tutorib⁹. ff. de trans. Quod recte hoc dicere queat cū etiā dos ſemꝑ ſit fauoribilis, & ſemꝑ ꝑcipua. l. p⁹. ff. ſolu, mat, & in dubiis ꝑ dote iudicandū. l. in ambiguis. ff. de iure dot. Quanuis ſi ex certa ſcientia feciſſet, & iuraſſet certificata de continentia, & tenore, & verbis teſtamenti, ſic agens potuiſſet ſibi præiudicare. ꝑ aute. ſacramēta puberū, & c. quanuis de pac. lib. vi. Tertiū aūt dubium ſoluiẗ, ꝙ cū hi fuerint fratres vtiliter, & æqualiter inſtituti. in omnibus, & ꝑ oīa ſuccedendo, ſecūdum ea, quæ in principali dubio dixi, quod ſorori hæc dos ex cōmuni ſubſtantia extrahaẗ, præſertim cū hoc onus dotis ſit in teſtamēto diſpoſitū, approbatū, & iniunctum hæredibus, vnde cum æqualiter ſuccedant, ita & æqualiter ad onus veniāt, & in omnib⁹ participabūt, præſertim cū vtiliter ſs geſta, & ordinata ſit a patre qa ex hoc ſoror facta eſt cōtenta, portiōe ſua, & ſucceſſiōe patris, & matris, & fratrū quæ cedit his fratribus ꝑ datione dotis. Et ita iſta ſoror recipiens dotem his iuribus renunciauit cū iuramēto. quod hoc valet ꝑ d. c. quanuis de pac. Reſtat mō quartū, & vltimū dubiū, de donatiōe facta a patre filio ꝑmogenito ꝓꝑ ei⁹ nuptias. an debeat in hæreditatē cōferre, & ſi cum fratre minore æquare. Et certe ſic. l. vt liber. & aute. ex teſtamēto C. de coll'. l. ad qd, & eo titu. l. illud. Nō obſtat ſi cōfirmat in teſtamēto, qa nihil noui diſponit, cum iam de ſe ab initio illa dōatio valuerit in cauſam nuptiaꝝ, ꝑ l. pomponius philadelphus. ff. fa. hær. & voluit glo. l. ii⁹. C. de inoff. dona. vnde non poteſt in vim relicti valere vt cōferri nō debeat, ꝑ l. a patre. C. de colla. & l. filiā eo, titu. Eſſet poſtremo omniū. vidēdū quid de matre, & in qb⁹ participet, cū ſuppoſita cōſuetudine generali, & cōfuſione bonoꝝ veniat ad tertiā, & certe ꝙ in cōceſſionib⁹ regiis obſtāte forma tibi & hæredib⁹ de tuo corpore, nullā partē in illis habeat. Item in dote filiæ participat pro ſua quota, quæ interuenit in promiſſione dotis, & potius ſua ſponte, quam obligatione iuris, nec obſtet. l. mater, C. de iure dot. ſed in aliis rebus ſibi videẗ ꝑiudicaſſe acceptādo uſufructū relictū ſibi a viro in teſtamēto. Quod nō puto verū, niſi id expſſe teſtator dixiſſet. ar. ex. l. p⁹ §. ſciendū itaq; C. de re. vxo. acci. Verumtn̄ tertium dubiū nō ē attendendū, nec attentādum cum pro iure matris nemo interſit: nec illa hæc credo cogitat hoc velim dixiſſe, & potius diſcurriſſe, q̄ ordinate ꝓceſſiſſe cū partes ſint fratres, & cōcorditer ꝓcedāt, volētes ſemper ſcire declarationē de iure, quæ tn̄ oīa ſūmitto iudicio, & correctioni meoꝝ maioꝝ, & ſpecialiter in xp̄o patris dn̄i, & præceptoris mei ſingulariſſimi dn̄i Vbertini đ marinis archiepiſcopi panhormitani, quæ ſi ab eo cōfirmabūẗ nō dubito fore vera. ❡ Subſcriptio dn̄i Vbertini de marinis archiep̄i panhormitani fuit hæc. Allegationū elegantia ad mei inſtantiā cōſulentis fratrib⁹ ſupradictis amicis meis exigit vt me collaudādo ſubſcribā. Et nihilominus ad cautelā pro parte illa, quæ tāgit mutationē formæ, non potuiſſe

fieri, facit in arg. quod notat andre. de iſer. in c. in honorem in princ. in 3° lib. conſtitu. in titu. de ma: ſuo ſi. cur nõ contra hæc addo. & meminit andre. de iſer. in cõſtitu. vt de ſucceſſionib⁹. §. ex collaterali. circa fi. illius princ. in titu. de ſucc. nob. in pheu. lib. 3° pſcriptor. Item, & facit quod poſſeſſio antiquiſſima ſigillati ꝑuilegij allegat, de qua p bal. in c. i. de contra: in. di. & fu. & p Cy. in. l. ſi ſolenib⁹ .C. de fide inſt. & xii. q. ij. c. cũ redemptor. p archi. Et qa ſtilus de ſubſcriptione in præſenti viget, & inductus eſt, reſpice ꝑuilegia fienda, nõ iam facta. ar. in c. fi. extra. de cõs. & .l. vigens .C. de fi. inſtr. Et forte huiuſmodi ſubſcriptio magis requiritur ad ꝓbationem, q̃ ad eſſentiam gratiæ collatæ iuxta no archi. & Io. and. in ꝓhemio, vi. in nouo. ſup aliqs fruſtratoriũ videretur aliqd addicere quaſi rei demoſtratæ. quod .l. prohibet .ff. de do. ꝑle. l. p°. in fin. quare & cæt. Archiepiſcopus panhormitanus manu propia, & gratis.

Conſilium Quartum

QVondam ſereniſſimus Rex fredericus, dum dñs calcerandus de ſerroida miles teneret a regia curia, & ex regia conceſſione cabellam piſcationis fluminis terræ licatæ, & eius redditus, & ꝑuentus in tota vita ſua, ſub certis modis, & forma, ad ſupplicationẽ vitalis filii dicti dñi calcerandi tunc viuentis, volens amplificare bñficium paternũ in filiũ, conceſſit dictã cabellam, & redditus dicto vitali, & ſuis hæredib⁹ de ſuo corpore legitime deſcendentibus in ꝑpetuum, & poſt obitum dicti calcerandi eius patris, ſub eiſdẽ conditionib⁹, modis, & formis, qbus tenebat pater. Adiiciens hoc facere de ſpeciali gratia, & ex certa ſcientia, & cæt. deinde morit̃ dictus calcerãdus, & cabella ꝑuenit ad dictum vitalẽ. Moritur vitalis, & ſuccedit franciſcus filius. Morit̃ poſtremo franciſcus ſupſtitibus ſibi tribus filiis, vitali, & nicolao marib⁹, & margaritella filia, quos mares æqualiter inſtituit, & adiecit, in qua hæreditate intelligat̃, & intelligi debeat piſcaria fluminis terræ licatæ, filiã aũt particulariter in certa quantitate dotis ſcripſit hæredẽ, & q ẽẽt contenta dote prædicta. ¶ Super hoc themate plura poſſent oriri dubia. Sed ego faciam tria tantummodo Primũ an vitalis cõceſſio valeat, & facit dubitatiõem, qa facta extitit in vita patris tenẽtis bñficiũ. Secundũ an filii dicti franciſci æqualiter omnes ad dictam cabellã ſuccedãt, an ꝑmogenitus ſolus. Tertiũ dato qđ omnes, an ẽt concurrat fœmina margaritella. Et intendo breuiſſime, & p ſaltũ terminare. Ad ꝑmum iura oia, & tractata p doct. videnẽ ſapere dictã conceſſionẽ nõ tenere, cũ ſit cõceſſio, certi hominis, & in vita eius, & eo minime conſentiẽte, q° caſu militat ratio captãdæ, & inſidiandi mortis alterius. vt no. in .l. fi. C. de pac. & in c. ij° extra de cõceſſ. præbe. vbi etiam glo, plus dicit, nec fieri poſſe cõſenſu viuentis, & hoc tenent oẽs doctores. verumtñ ego puto, ſubtñ dubio fore. Nihilominus in caſu nřo conceſſionem tenere, tum qa facta eſt filio, & p cõſequens ceſſare videt̃ votum captandæ mortis, pp ſtrictiſſimã ſanguinis coniunctionẽ, quæ, tota maligna ſuſpicione ſublata, omnem affectionem includit. Et ſic ceſſante ratione legis ceſſare debet & legis prohibens diſpoſitio .l. ad igen. §. quamuis. ff. de iurepatro .l. quod dictũ de pactis. ad quod no. bar. in p° cõſtitutiõe. ff. in vlt°. colu. Quinimmo paternus cõſenſus interuenit ipſo iure. quo caſu: ſecundũ dñum meũ raphaelem. in d. l. fi. cũ votũ ſit patris naturaliter, quæ ſui ſunt, ad filios ꝑuenire, vt elegãter ſcribit̃ in .l. fi. in princ. ff. de bo. dap. & .l. ſcripto in fi. vnde lib. & de inoffic. teſta. l. nam. & ſi parentib⁹, & de bo. liber. , nihil, poſt princ. ad quod etiã .l. cũ acutiſſimi ad. fi. C. de fideius. Et procul dubio conſentiente patre, immo & optante facta videtur. Tum & ſuata, ac vehemẽtiori ſcilicet ratiõe, qa licet de iure nõ valeat, tñ ꝑnceps de poteſtate abſoluta. qui eſt ſupra legem, & legibus ſolutus, poteſt facere talem conceſſionem, nõ aũt inferior. vt voluit ſingulariter dñs meus ſaly. in d. l. fi. p no. in .l. fi. C. ſi quæ ius. veluti plublicam. Et in hoc nemo qui ſapit dubitat, & hoc videt̃ ſentire. Inn. i. papa. in d. c. ij°. & iure pheudoꝝ videt̃ expreſſum vti. qui ſucc. te. & ibi plene de hoc ſcripſi ad lec. andre. de iſer. quod valeat. verumtñ eſſet omnino videndũ qa potuerit, an hoc voluerit. Et certe hoc videt̃ princeps voluiſſe, dũ ex certa ſcientia concedere ſe dicat in reſcripto, quæ certa ſcientia ſufficere videt̃, ſecundũ glo. in .l. quoties .C. de præci. impera. offici. & eſt cõſimilis. in .l. idem vlpianus .§. iſti, & aũt alii .ff. de excu. tu. facit .l. qdam conſulebat. in fi. .ff. de re. iudi. Nec obſtant notata in d. l. fi. ſi contra ius. veluti pu. q ſic neceſſe dicere nõ obſtanti tali .l. & cæt. quia ſecũdum bar. & doct. meum rapha, illud verũ eſt in ꝑuilegijs, ſecus in bñficio, & reſcripto cõtinente meram grãm, vel bñficium, quod alterum non lædit, & ita intelligit glo. in d. l. quoties in .§. ſunt & aũt. ſic eſt in ꝓpoſito, qa eſt bñficiũ quod minime lædit patrẽ poſſidentẽ: immo cõfirmat ipſum votũ paternũ vt dixi. Ad quod optime facit. conſt° p°. ad fin. & ibi glo. in titu, de iure ſuo. cur ob. in cõſtitu. regni. Quinimmo dicit alibi notabiliter bar. quod cũ princeps aliqd ſtatuit ex certa ſcientia credendũ eſt hoc eſſe verũ. nec debet in dubiũ reuocari, ad quod allegat tria iura, hoc ſcribit in. l. cõficiũt .§. codicilli in q. ij. ff. d iure co. Et ad hãc maxime ſententiam vocer. qa dictũ ꝑuilegium fuit, & ẽ a nřo vicerege, & principe confirmatũ. Et poteſt adduci tertia ratio. qa per ius vſuũ pheudoꝝ, vt dixi, poteſt fieri talis cõceſſio, vt vtiq valet. vt præall. ti. qui ſucc. te. & ibi plene de iure communi ſcripſi ad margines ad cõmentũ .d. andre. de iſer, & hoc quantũ ad ꝑmum. Secundũ dubiũ fuit. an æqualiter omnes ſuccedãt, an ſolus ꝑmogenitus, & ſi appareret forma cõceſſionis ab initio, facilis eſſet reſpõſio. ſi enim fuiſſet facta cõceſſio, vt iure francoꝝ viueret: ſolus ꝑmogenitus obtineret, ſed nõ apparente forma, inſurgit ſecunda dubitatio. An huius bñficij cõceſſio ſit pheudum, ſeu pheudi naturã ſortiat̃. Nã ſi eſſet in pheudata hæc cabella ſecundũ cõſuetudinem generẽm regni, & diſpoſitionẽ .c. volentes. quod vult pheu. eſſe integrũ, & indiuiſum, & per conſequẽs innuit ad vnũ pertinere, & ſucceſſione ſi ad vnum, ille erit primogenit⁹ tanq̃ dignior. ar. ex .l. ſi quæ ſunt cauſiões .ff. fa. her. & .l.

her. & .l. ſi. ff. de fide inſtr. ad fin. quãuis iure vſuſi
pheudorũ ad oẽs æqualiter maſculos pertineret, vt in
titu. de ſucc. pheu. in princ. & hoc ẽt iure lõgobardorũ.
Verũm in regno iſto cõſuetudine videt̃ obtentũ vt ad
p̃mogenitũ pheuda abinteſtato ptineãt, & in cõmuni
forma cõceſſa, & ſic quodã mõ viuimus iure francorũ,
in his, & ad hoc facit caplm regis iacobi ſi aliquem,
& expſſius pragmatica, regis frederici tertij, quæ illud
cõfirmat incipiens, cõſtitutioné, quæ, & in linea tranſ-
uerſali, ac ẽt in noniter quæſitis ordine ſuccedẽdi, &
ætatis, & ſexus prærogatiuam conſeruat, multo itaq;
magis in deſcẽdentib⁹. Et licet alias cõſuluiſſem ſup
in p° conſi. oẽs æqualiter in pheu. ſuccedere, tñ p̃mo-
genitũ ſolũ tenere pheudũ, fructus aũt pheudi a qua-
liter diuidi, & ſpecialiter ſup pheudo fluminis frigidi
in territorio meſſanæ. Attñ modo placet, vt ſolum ad
p̃mogenitum ptineat, tum cõſuetudine, quæ ita a lon-
giſſimo tẽpore ſtatuit in regno, tũ etiã pp ar. præallẽ.
capitulorũ, quæ cõſiderant ſexũ, & p̃mogenituram, &
ſic ius francorũ. Ex quo nũc ſequeret̃ terminatio ſeqn-
tis, & tertiæ dubitationis, vt garitella nihil habeat cũ
hoc bñficio, & gratia facere, ſed ſui ſit dote contenti.
Quod dictũ eſt, ꝙ in hoc regno quodã mõ viuimus
iure francorũ, poſſet ſubſtineri abinteſtato, q̃a .c. vo-
lentes loquit̃ in expreſſa diſpoſitiõe, quã pheudatarius
facit pp ſui neceſſitatẽ, vt in ſui præambulo dicit̃. Ibi
ſed ſi ſub taciturnitate, & abinteſtato decederit, & ſic
nullã facit in pheu. nouitatẽ, ſeu diſpoſitionẽ, cõſen-
tio ſtari iure francorũ in ordine ſuccedẽdi. Niſi forſitã
forma p̃uilegij, & cõceſſionis pheudi aliud induceret,
p .c. ipſũ volẽtes in .ſi. & .c. ſi aliquẽ, & .c. cõſtitutionẽ,
q̃ ſunt iura nouiſſima in pheudis. Quod aũt hæc cõ-
ceſſio redẽti ad ppoſitũ, & hæc gr̃a ſit pheu. pbari vi-
detur quia pheudũ bñficium, bñficium aũt eſt beni-
uola actio tribuens gaudiũ capientib⁹ & cæt. vt dicit
tex. in .c. i. in titu. in qb. ca. pheu. ami. quæ diffinitio,
ſeu deſcriptio pheudi in huiuſmodi gr̃a adaptatur. Et
ſecundũ illa iura, & quantũcunq; fuiſſet in cõceſſione
nominata fœmina extantib⁹ maſculis, nõ ſuccedit vt
in .c. i. §. cũq; in titu. qui ſibi, & hſ .ſ. inue. acc. in titu.
ep̃s, vl' ab .c. i. §. quin ẽt, & de ſucc. pheu. c. i. in p̃nc.
cæterum ſi hãc cõceſſionem nõ ſortiri naturã pheudi
ſtatuiremus, tunc iure ẽt cõmuni nulla ſup eſt dubi-
tatio ad oẽs, & ſi ẽt ad fœminã æqualiter ptinere, quã-
tũcunq; dixerit dote ſe eſſe contentã. ſecũdũ ſingulari
ter tradita p bar. in .l. vt iuris iurãdi. §. ſi liber. ff. d ope.
lib. Nã ſicut iure cõmuni pariter ſuccederet fœmina
cũ mare vt .l. max. viciũ. .C. de lib. præte. ita quoq;
ad hoc bñficium pariter venient in ſexus diſcretione.
ſecũdum ipſum bar. in .d. §. ſi lib. in .3. q. faciũt no.
p eundẽ in .l. ſi non ſortẽ .§. libertus. in .x. col. ff. de
cõ. in. Sed in .d. §. ſi liber. tractat. q. qñ eſt facta cõ-
ceſſio p marib⁹, & fœminis ſed vbi conceditur tibi, &
hæredib⁹ tuis de legitimo corpore deſcen. nõ nomina
tis marib⁹, vl' fœminis p̃ſuppoſito qd nõ ſit pheudum
an fœmina ſʒ. ſoror cõcurrat cũ marib⁹. Et quantũ, ad
tñ emphiteoſim ſic cõceſſã tractat ãdre. de iſer. in titu.
de inue. de re alie. fac. in ſi. & certe puto qd ſic, eadem
ratione, q̃a ſeruam⁹ in his ius comune, qd ius vult, vti
mõ dixi, pariter ſuccedere oẽs ſexus p̃rogatiua ſmota.
p .d .l. max. viciũ. Verũm attẽdendũ eſſet in hac gr̃a,

q̃s modus ſeruatus ſit, an p̃mogenitus ſemp habuerit, q̃a
minime eſſet mutanda, & cæt. l. minime. ff. de legi.
& ſi ſoluitur aliquod ius releuij, vel aliquod ſeruitium
præſtaret̃ pro hac gr̃a, vt ſic ex his cõſiderare poſſu-
mus pheudũ eſſe, vel naturã pheudi tenere, vel nõ. Et
ex his ẽt deſcẽdit terminatio tertij dubij, vt ſi eſt pheu-
dũ nõ concurrat fœmina, aliter ſic p p̃dicta, ſane du-
bitatio mihi reſtat de. c. volentes, q̃a dato ꝙ hæc cõ-
ceſſio ſit pheudum, & vim pheudi habeat, & p cõſue
tudinem gnal'em regni ad p̃mogenitum ſpectet, tñ q̃a
pater teſtatus eſt filijs maſculis, pariter, & ẽt in hac hæ
reditate voluit itelligi, & includi hãc cabellã, & ſic eos
in hoc bñficio pariter ſucceſſuros q̃madmodũ, & alijs
rebus hæreditarijs, & .c. volentes pmictat ad votum
diſpõere ẽt i extraneã pſonam. Quod nõ obſtante ꝙ
ſit pheudũ. pp tñ voluntatem teſtatoris expſſam, & .c.
volentes acceptans, & habilitans eius voluntatẽ æqua
liter ad mares ptinere, & hoc ſecundũ intellectũ illorũ
intelligentiũ. d. c. ꝙ etiã de pheudis loquatur antiquis.
quæ tandẽ reperta eſt veriſſima p p̃uilegium de nouo
repertũ eiuſdẽ regis frederici tertij de pheudo de graſ-
ſuliato, qui declarat in antiq̃s, & ita obſeruat, & iudi-
cat mõ magna regia curia in talibus cauſis. Cæterum
ſi de nouis pheudis tñ loq̃retur, teſtandis diſpoſitio
ceſſaret, & p̃mogenitus iure proprio vocaretur, quæ
dubitatio an in antiq̃s, vel nouis tñ loquat̃, an vtro-
biq; magno tẽpore durauit, & ſcio me nũc in vnã par-
tem, nũc in alteram diſputaſſe, dum erã aduocatus in
magna regia curia huius regni, immo contraria con-
ſilia fecisse, & nũc in ea opiniõe ſum, vt etiã in pheu-
dis antiq̃s optineat, verũ, quod ſupradixi, quod etiã in
extraneam pſonam poſſit diſponi. Nõ obtinet in caſu
nr̃o pp formã conceſſionis, fuit enim hæc conceſſio
facta tibi, & hæredibus de legitimo corpore deſcen-
dẽtib⁹, quæ verba pſonam extraneã excludũt, ſecus ſi
eſſet cõceſſa pro ſe, & hæredibus in ppetuũ, nihil alio
addito, q̃a tunc formaliter, & in totum obtineret. d. c.
volentes. Secundũ alterum intellectũ, & verum, quod
.ſ. loquatur etiã in antiq̃s, & tunc etiã in extraneã poſ-
ſit diſponi pſonam, niſi etiã tũc eſſet appoſitum, ita ꝙ
viuatur iure francorũ, q̃a tũc videtur cõcedi ex pacto,
& puidentia, & a forma non eſſet recedendũ, & hanc
partẽ infra videbitis a me fundatã in alijs conſilijs. Nã
vera cõcluſio eſt. quod .c. volentes obtinet in expreſ-
ſa diſpoſitione pheudatarij, & illa ſeruatur, niſi forma
conceſſionis pheudi repugnet, & catenus obtinebit
diſpoſitio, quatenus forma cõſentiat. Ideo ad viden-
dum, qñ, & quatenus locũ habeat .d. c. volentes. eſt
in p̃mis attendẽda forma, & tenor cõceſſionis, q regu-
lãt oẽm tractatũ pheudorũ, vt infra diffuſius aperio in
cõſilijs magnis, & pro aliquali declaratiõe formas ali
quas diſcurramus, pſuppoſito, vt dixi, p vero, quod.
c. volentes loquat̃ tam in pheudis nouis, q̃ in antiq̃s,
& nouis multo magis, vbi eſt largior diſponendi licẽ-
tia. Item ſecũdo quod loquatur diſpoſitione expreſſa,
vnde ſi pheudũ cõcedit̃, pro te, & hæredibus tuis ſim-
pliciter, certe p̃mo loco pheu. hoc dicit̃ hæreditariũ,
& oportet eſſe hæredem, qui capiat. Item ipſe pheu-
datarius ſiue fuerit nouũ, & in hoc nõ erat magnum
dubium, ſiue etiã antiquum, q̃a tranſit ad alios, & ſic
effectum eſt antiquũ, poterit pro libito alienari, etiam

etiam

